

liotheca ait, luce publica dignissimum.

CLXXXI.

- U. 125 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 267. 4. currente calamo perscriptus hanc Notam praefert: *Hunc librum testatus est pro bibliotheca collegij Ducalis in Vienna M. Petrus de Pulka doctor sacre theologie, cuius anima requiescat in pace.* De hoc Viro nos saepius, et *Pars I. Scriptt. Univ. p. 95.* Habetur vero hic ejus *Lectura super Lucam* incipiens a Prologo illo: *Lucas syrus natione, antiochensis &c. et definens in Canones IV. Evangelistarum cum Praemonito, quod incipit: Quidam doctores antiqui circa ewangelia studiosi quorum primus fuit ammonius alexandrinus, secundus tasanus iustini philosophi et martiris discipulus, tertius uero beatus Jeronimus diligenter considerauerunt loca, in quibus quatuor ewangeliste idem dicunt &c.* Vides *Ammonium* perperam praeponi *Tatiano*, filerique *Eusebium Caesar.* unde aegre adducor, ut hujus Praemoniti clausulae credam: *Explicit canon tabularum super quatuor ewangelia editarum a fratre Nycolao de lyra &c.* doctior enim erat *Lyranus*, neque ejusmodi *Canonem* in ejus Operibus reperi. *Lectura ipsa* incipit: *Quoniam quidem multi &c. Hic incipit scribere sanctus lucas et primo premitit ewangelio prefationem, 2° subiungit eius narrationem &c.* Vide etiam *Cod. Univ. 78.*

CLXXXII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 78 Folior. 318. 4. currente calamo perscriptus est *Pars I. Expositionis Evangelii Matthaei in Viennensibus Scholis lectae, a C. videlicet I. usque ad IX. Praemititur larga Differtatio in laudem Scripturae sacrae hoc initio: Secundum uenerabilem consuetudinem in istis scolis theologicis haecenus obseruatam &c.* Tum altera, quae sic orditur: *Lecturus ewangelium beati mathei ante aggressum textus ewangelici aliqua preambula premittam communia omnibus ewangelijs &c.*

II. fol. 299. ἀνεπιγραφως habetur Harmonia IV. Evangelistarum, five Tabulae locorum concordantium cum Praefamine, quod incipit: *Quidam doctores antiqui circa ewangelium studiosi quorum primus fuit Ammonius alexandrinus, secundus casianus iustini (Carpianus vel Tatianus Justini) philosophi et martiris discipulus, tertius uero beatus Jeronimus diligenter considerauerunt loca, in quibus quatuor ewangeliste idem dicunt &c.* Et subscriptum est: *Explicit canon tabularum — editarum a fratre Nicolao de lyra &c. Per Johannem lukner. Idem Lyranus etiam ad calcem Tabularum nominatur. Ego vero illum neque Tabulas ejusmodi edidisse memini, neque eruditionem aut stilum ejus in praedicto Praefamine reperi; non enim ille Eusebium Caesariens. genuinum horum Canonum conditorem tacuisset, eique sub-*

posu-